est id cuius distantie debemus adherere non aūt circulo obliquo nam motus eius sup obliquo nō est obseruandus/& cum hoc sic fuerit tunc uidetur stella ac si esset tarda & postposita in longitudine motui suppremi iuxta spacium illius excessus qui est inter gradus circuli obliqui & gradus æquinoctialis licet motus eius semper fuerit uniformis sed propter declinationem arcus.a.l.deficit in ascensionibus ab eo qui est ei æqualis & non obliquus:& appet stellæ tarditas sui loci licet pfecerit motū suū. ¶ ET declaratio huius talis est/protraham⁹ super polos circuli.a.k.c.m.& super punctū.l.semicirculū.u.t.l.s.tūc qm̄ arcus.b.k.qui est ultima declinatio est positus & erit declinatio eius declinatio circuli signoꝝ ut dixerunt antiqui & est circulus.b.c.&.a.b.& arcus.a.b.qui est quarta circuli est notus & arcus.a.l.positus est.45.gra.erit pfecto ex eo quod proposuit auoashac mahamag ghiabar filius aflah in suo libro in duobus circulis.a.b.c.d.&.a.k.c.m.se interse cantibus quoꝝ alter non transit per polos alterius/tunc si designaueris super circulo.a.b.c.duos punctos.l.&.b.& protrahat̄ ab ambobus super circulum.a.k.c.m.arcus.l.t.& b.k.stātes super eis ambobus in angulis rectis erit quidem pportio corde arcus.a.b.noti ad cordam arcus.b.k.positi ut est pportio corde arcus.a.l.posite etiā ad cordā arcus .l.t.ignoti & corda arcus.a.b.est nota nā est quarta circuli & corda arcus.k.b.qui est arcus declinationis est nota & corda arcus.a.l.positi.45.gra.est nota igit̄ corda arcus.l.t. est nota/ergo arcus.l.t.est notus & sunt.15.gra.&.37.mi.&.11.z. ¶ Et sic etiā quoniā triangulus.a.t.l.est et arcubus circuloꝝ magnoꝝ.& unus angulus eius est rectus erit etiā proportio corde cōplementi coste.a.l.remanentis recto ad cordam cōplementi coste.t.l.unius ex circūdantibus eum ut est pportio corde complementi coste.a.t.remanentis corde unius quarte circuli & complementum coste.a.l.est arcus.l.b.& sunt.45.grad.cuius corda est nota ex cōplemētū coste.t.l.ē arcus.l.s.& sūt.73.gra.&.22.mi.&.39.secūdę cuius corda est nota & corda quarte circuli est nota tunc ex hoc sequit̄ ut corda cōplementi coste.t.a.remanentis scilicet corda arcus.t.k.sit nota/ergo arcus.t.k.est nota & ē 47.gra.&.31.mi.Et arcus.a.t.est complementū quarte circuli ergo est notus & sūt.42.gra.&.29.mi.unde est minor arcu.a.l.posito circuli obliqui ascendente cum eo. Et cum pertrāsierit stella motu suo pprio arcum æqualē arcui.a.t.ac si esset arcus.a.h.recedens a loco suo in longitudine spacio arcus.a.h.tunc nulla est differentia inter orizontem & semicirculum.u.t.l.s.& semicirculus quidem.u.t.l.s.si moueret̄ non esset differentia cuilibet partiū suarum in ascensionibus.Quare apparet stella cum pertransierit arcum.a.l.deficiens a totidē partibus æquinoctialis & existimat̄ ex hoc stellā regredi & moueri cōtra ordinē signoꝝ.Et id qd̄ uī de retardatione seu postpositione eius a suo loco sui orbis est respectu æquinoctialis/& hoc quidē quia motus eius pprius latet sensu in longitudine patet uero in latitudine. ¶ Et similiter est dispositio eius cum mouet̄ in gradibus succedentibus istis in hac quarta & sunt.45.gra.copulati eis a puncto.a.in quarta uero sola sequēti hanc quartā & est cuius mediū est punctus solsticii est in oppositū eius quod diximus nā arcus quem ptransit stella ad motū sui orbis sibi pprium nobis occultum ascendit cū maiori arcu æquinoctialis & uidebit̄ stellæ excessus gradibus ęqnoctialis ascēdētib⁹ cū ea & appet p̄cedēs motū supp̄mi & imaginat̄ ex hoc moueri an̄ motū uniuersi/& dispō eius in reliqs duabus q̄rtis sicut ē in duabus p̄cedētibus.Et primus qdē defectus ē ille quē appellāt accessum seu excessū & additamētū an̄ motū uniuersi s̄m uero ipsi appellāt recessum et tn̄ re uera nō ē accessus nec recessus. Et hoc ē qd̄ euenit orbi stellaꝝ fixaꝝ ex accidētibus eueniētib⁹ faciētibus diuersitatē motus ī lōgitudīe. Diuer-

sitas uero in latitudine est re uera & apparet sensu & est id quod intendimus declarare. ¶ Habet aũt alium defectum p̃ter hunc quem diximus itaq; erit stellis fixis motus in longitudine sm ordinem signoꝝ ut dixit Ptole. & alii pristini adeo quod existimauerunt ex hoc hunc orbem moueri cõtra motum uniuersi esse id quod magis uidet̃ & quod propinquius sit possibilitati, nam ex hoc motu possibile est ut sint mutationes magne quę sunt in hoc mundo inferiori generabili & corruptibili & permutatiões habitabilis ad non habitabilem & nõ habitabilis ad habitabilem. Et hoc est quod nobis uidet̃ de motu huius orbis & solo deo sit laus & gloria.

CVm aũt locuti fuimus de motu apparente stellis fixis & dederimus causas diuersitatis earũ & notificauimus quod poli orbis ipsaꝝ non sunt super polis supp̃mi sed sũt extra illos & earũ orbis mouetur sup polis suis ad partẽ motus uniuersi motu p̃ter motum diurnum, & est sibi proprius & diuersitas poloꝝ est id quod facit diuersitatem sui motus in orbe suo ut diximus & ꝓbauimus & re & exemplo: Dicendum est nunc de eo quod habet̃ de motibus planetarũ & eoꝝ diuersitate & eo quod apparet oculis de motu in longitudine latitudine, uelocitate, tarditate, statiõe ac regressu in eo quod est illis hoc ex permixtione duoꝝ motuũ repertoꝝ cuilibet orbi eorum. Et prius loquemur de rebus cõmunibus euenientibus eis & postea de eo quod ꝓprium est cuilibet eoꝝ diuino auxilio: ¶ DE qualitate permixtionis duorũ motuum qui reperiunt̃ cuilibet orbi orbium planetarũ, & intelligo per duos motus motũ quidem orbis sup polis sibi ꝓpriis & eius motum quoq; ad motũ suoꝝ polorũ sup duobus circulis sui cursus unde apparet planetis confusio motus & perturbatio. ¶ Dicimus quod autem moueantur poli super duobus circulis est profecto uerũ & constans nam orbes eorum differunt primo a suppremo deinde ab orbe stellarũ fixarum, mouentur enim ad motũ suppremi singulo die & est motus apparens cui nullum est dubiũ & poli uniuscuiusq; orbis inferioꝝ suppremo necessario uoluunt̃ uno quoq; die super duobus circulis ęquidistantibus ab ęquinoctiali. ¶ Attamen quoniã quilibet horũ orbium magis distat a motore q̃ superior eo & uirtus influxa cuilibet eoꝝ est minor uirtute influxa superiori, ideo orbis non perficit reuolutionem suã & deficit a complemento. Et quoniam omne corpus naturale habet formã qua perficitur & perfectio orbium cœlestium est moueri circulariter & motus naturalis circularis est ei quod mouetur super duobus polis aliter. n. esset confusus non autẽ ordinatus nec uniformis, ideo orbibus est quidam motus naturaliter quo mouet̃ unusquisq; eorũ per se subsequens orbem superiorem eo & ꝓsequẽs motum eius nã desiderat perfectionẽ similem demũ assimilari ei, qui quidem motus est p̃ter motũ quo delatus est & est sibi naturalis & super polis suis & ambo sunt tanquam quiescentes in eo, q̃q̃ cum hoc primum delati sunt a suppremo & postea ab eo qui ẽ sub supp̃mo ut postea declarabit̃ de diuersitate motus planete existentis in quolibet eorum eo quod ambo poli eius mouent̃ super duobus circulis ad reuolutiõem suppremi & circuli isti sunt æquidistantes ab ęquinoctiali. ¶ Et apparet sensu quod quilibet planeta reuoluit̃ singulo die super circulis ęquidistantibus ab ęquinoctiali attñ diuturnitate tẽporis & reuolutione planete multis reuolutionibus ex Periodis diurnis uidetur ille planeta moueri a puncto in quo uisus est primum ęqnoctialis & respectu motus similis ei postponi in longitudine & declinare a suo primo loco in latitudine, & comprehenditur ex hoc quod non reuoluatur super circulis ęquidistantibus ab ęquinoctiali in rei ueritate: sed est reuolutio giratiua dicta laulabina ex declinatione planete a loco suo


in latitudine sp. ¶ Est igit᷑ ut declarauimus in q̃sitis p̄cedentibus pp motũ duoꝝ poloꝝ in duobus circulis sup qbus currũt & ẽt pp aliũ motũ diuersum ab eo & est motus quo mouet᷑ orbis sup polis supp̄mi & hoc qdem ab oriente in occidentẽ & sic ẽt motũ hoꝝ orbiũ ex seipsis sibi ꝓpriũ quem diximus & pp motũ duoꝝ poloꝝ defectiue in cõtrariũ amboꝝ siĺ. Et declaratũ est ẽt cũ hoc q̄d tarditas planete in lõgitudine est pp defectum sui orbis a supp̄mo & defectus sui orbis est cã motus poloꝝ cum declinatiõe eoꝝ a polis supp̄mi & eoꝝ motu cõtra motũ uĺem/ nã nõ põt dici re uera q̄d sit planeta affix⁹ suo orbi & eueniat ei motus in latitudine nisi ex motu duoꝝ poloꝝ sup qbus reuoluit᷑ orbis/ distãtia.n. planete a polis sui orbis est eadem sp & imutabilis. ¶ Et qm̃ motus ĩ latitudine ꝓportionẽ debitã hẽt & duos terminos distãtie ab æqnoctiali quos exceder̃ nõ põt igit᷑ ur̃ q̄d poli orbis mouent᷑ sup duob⁹ circulis quoꝝ distãtia a polis orbis supioris eo.s. ad cuius motũ mouet᷑ est eadẽ & imutabilis nã si nõ esset distãtia eoꝝ ab eodẽ polo sp eadẽ tũc orbis moueret᷑ quasi saltãs & motus eius nõ eẽt cõstãs nec idem. Ergo poli orbis planete reuoluunt᷑ sup illis duobus circulis quoꝝ poli sunt poli supp̄mi/ licet fuerit ei etiam aliud quo differt motus ei⁹ alia diuersitate de quo loquemur diuino auxilio. ¶ E T dicimus q̄d diuersitas motus uniuscuiusq; hoꝝ planetaꝝ apparens in lõgitudine & latitudine nõ est ex motu duoꝝ poloꝝ tm̃ sed ẽt ex alio motu p̄mixto cũ eo & est mot⁹ orbis sup polis suis sibi ꝓprius quo subsequit᷑ motũ uniuersi.s. supioris eo q̃ritãs pueñr̃ ad eũ seu assimilari ei in motu suo & hoc qdẽ motu differt & discernit᷑ ab alio. Et si esset iste motus planetis ex motu duoꝝ poloꝝ uniuscuiusq; eoꝝ & nõ ex alio cũ motu diurno nulla qdem esset planete diuersitas in suo cursu & distãtia latitudinis ab alio circulo designato a sole appellato zona signoꝝ diuersa ad utrũq; latus multociens tpe cursus planete defectiue in circulo obliquo una uice. Et apparet mãifeste ex hoc q̄d orbes isti hñt aliũ motũ reptũ cuilibet eoꝝ sup polis suis quo cõplet motũ uĺem in quo differunt ambo motus & p̄miscẽt᷑ & p̄mistio eoꝝ est cã eius q̄d ur̃ mutationũ motus planete affixi suo orbi. ¶ Et qm̃ isti orbes quo remotiores sunt a supp̄mo eo diminuit᷑ uirtus influxa eis iõ diminuta uirtute debilitat᷑ motus necessario & deficit a supp̄mo sed defectus remotioris est maior & puentio ꝓpinquioris ad eũ motu est maior: & ex defectu orbis a supp̄mo deficiũt poli in duobus circulis sui cursus cõtra motũ diurnũ/ & eo quod mouet᷑ sup polis suis q sunt tanq̃ quiescentes ei defectus qdem planete est paruus & p̄manet polus siĺ in suo defectu & erit pfecte defectus planete & tñ appet ex hoc q̄d sit motus contrarius.s. ẜm ordinem signoꝝ. ¶ Attñ aliqui hoꝝ planetaꝝ nimiũ ꝓpinqui existũt ad applicãdũ supp̄mo ex uirtute ꝓueniente ad orbem suũ a motore ꝓpinquo ei: & iõ nimis appropinquat᷑ ad cõplendũ id in quo defecit & aliquis nimis distat ab hoc quia frangit᷑ uirt⁹ influxa ei & debilitat᷑ ex remotiõe eius a motore & defectus ei⁹ a supp̄mo ẽ multus. Et cũ moueat᷑ aliquis hoꝝ orbiũ.s. orbiũ planetaꝝ motu p̄misto ex motu suo ꝓprio & est ille qui est ad ptẽ mot⁹ uniuersi & motu suo quo mouẽt᷑ ãbo poli ĩ latitudine cũ moueãt᷑ sup duob⁹ circulis sui cursus & ẽ cõtra motũ uniuersi & deficit cũ hoc orbis paꝝ a puentõe ad illud & remanẽt poli ei⁹ deficiẽtes defectiõe siĺ/ ur̃ ꝓfecto ex hoc planete affixo illi cõfusio & iuolutio mot⁹ ipẽ.n. mouet᷑ ad ptẽ motus uniuersi & polus tribuit ei latitudinẽ & erit spacium latitudinis ẜm distãtias amboꝝ poloꝝ a polis orbis supioris eo in utraq; pte. ¶ Et qm̃ defectus amboꝝ polorũ permanet sed iminuit᷑ defectus orbis motu suo quo subsequit᷑ motũ uniuersi/ ideo quo deficit planeta est parũ id uero quo deficit polus est multũ/ & polus quidẽ pertrãsit circulũ sui cursus bis tpe quo pficit planeta unã reuo/

lutionē/quare planeta declinat ad ſeptentrionē zone ſignoꝝ & declinat quoq; ab ea in meridiē bis/una reuolutione & exit a circulo deſignato a ſole q appellat̃ orbis ſignorum bis & reuertit̃/iteꝝ ad eūdem locū & tñ ip̄e nō deficit in lōgitudine niſi una reuolutione & quaſi ipſe reuoluat̃ ſup hūc circulū & exeat ab eo ad ſeptentrionē & meridiē & reuertit̃ ad eos. Et iō exiſtimauerūt qđ hii ſeptē orbes ſunt ſit̃ ſup polis orbis ſignoꝝ & exquiſierunt pp hanc declinationē cās ex eccentricitate orbiū & circūuolutione centroꝝ ſup aliis orbibus ſeu circulis qđ eſt difficile imaginari & maxīe diſtāt a ueritate rei. ❡ Quare ullo pacto impoſſibile eſt ut ſit diuerſitas curſus planete quā dixit Ptole. ſ. cuius teſtimoniū fuit obſeruatio niſi hiis modis tm̄ & eſt cū hoc ēt ꝓpinquius imaginatiōi & apertius q̄dem & cū hoc ēt non remouebit̃ ab intellectu & ab eo nullū ſequit̃ incōueniens. ❡ Et diſtinguamus id qđ uniuerſaliter dixim9 narrātes motū cuiuſq; planete et patefaciamus ſpacia diuerſitatum uniuſcuiuſq; eoꝝ in longitudine & latitudine. ſ. motum apparentem ſenſu & motū obſeruatum ab eis & qualitatem ueritatis in eis/& īcipiemus a ſuperiore oīum ſeptem planetaꝝ qui Saturnus nuncupatur.

SErmo de motibus orbis ſaturni: Et dicimus quod motus planetarū apparētiū ſenſu habitus ex obſeruatiōe ē ẜm ordinē ſignoꝝ. ſ. cōtra motū uniuerſi & reptus ē ab eis ī obſeruatiōe ſp diuerſus in ptibus orbis ſignoꝝ nec uniformis in oībus portionibus circuli quas ptranſit planeta in orbe ſuo. Neq; ꝑfecto motus huius planete ī una & eadem portiōe ſui orbis eſt eadem magnitudine & paruitate ſeu mediocritate ſed mouet̃ lōgitudine in eadē portiōe huius circuli diuerſis tpibus/motib9 quoq; diuerſis. Qđ quidem indicauit eis qđ reditus planete in hoc circulo ad punctū a quo receſſerat eſt diuerſus a reuerſione eius diuerſis uicibus/imo inuenerūt planetā ad eū reuerti cū reuerſus fuerit ad eādem partem circuli appellati orbis ſignoꝝ & eādem diſtātiam a medio motu ſolis. ſ. cū fuerit planeta & medius motus ſolis uterq; eoꝝ in aliqua pte circuli ſignoꝝ & poſtea reuertit̃ uterq; eoꝝ ad ptem in qua prius fuerat/tunc motus huius planete erit in illa pte ſicut fuerat primū motus eius in eo. Et non potuit Ptole. ponere hūc motū iuxta alteram duarū radicū poſitarū ab eo ſed coactus fuit ponere ī hoc ambas radices ſimul. ſ. ponendo epiciclū cuius centrū reuoluitur ſup alio orbe eccentrico deferente eum & aliū orbem declinantem ab orbe ſignoꝝ/& planeta cū hoc mouet̃ ad motum epicicli motu diuerſo & centrū deferētis centrum epicicli reuoluit̃ etiā ſuper circulo cuius centrū eſt centrū orbis ſignoꝝ/uerū quantū ſit hæc poſitio remota a poſſibilitate patet & falſitas reperiendi hoc in cœlo late apparet ex eo quod ꝓpoſuimus. ❡ Attamen poteſt eſſe hic motus huic planete & orbi cui affixus eſt iuxta id qđ dicemus/nam apparēt huic planete motus poſtpoſitionis ẜm ordinem ſignoꝝ. ſ. contra motum uniuerſi ac ēt motus in latitudine & diuerſi quidē pp diuerſitatem quā diximus duoꝝ motuū. ſ. motus orbis huius planete ſup polis ſuis quo nitit̃ ꝑuenire ad motum ſupꝑmi & nō pōt ex uirtute ſua debiliori uirtute ſuperioris eo & hoc quidem iuxta diſtātiam a motore ut ꝓpoſuimus & motus amborū polorum ſuper duobus circulis ſui curſus nā defectus amborum eſt defectus huius orbis totus a ſupiori & maior eſt defectus amboꝝ polorū defectu planete ex eo qđ mouet̃ orbis ſup hiis duobus polis & ſunt tanq̄ qeſcentes in motu eius. ❡ Et qm̄ inuenerunt motū huius planete hr̄e duas diuerſitates/unam quidem reſpectu æquinoctialis & eſt declinatio planete ab æquinoctiali in utrāq; partē & ſūt ambo termini maxime diſtantie orbis ſignoꝝ ab æqnoctiali ad ſeptentrionē & meridiē & aliā diuerſitatem & eſt declinatio planete ab orbe ſignoꝝ q̄ſi eēt ſup orbe declināte ab eo niſi

quod partes huius orbis obliqui imaginati nō seruant semꝑ eandem distantiā ab orbe
signoꝝ ut diximꝰ & ꝓposuimꝰ. Quarꝰ poli huius orbis. s. orbis saturni currūt suꝑ duobꝰ
circulis paruis quoꝝ poli ēt reuoluunť suꝑ duobus circulis cursus poloꝝ orbis stellaꝝ fi-
xarū quē appellamus orbē signoꝝ nā eū subsequiť ēt, & capiūt hii duo circuli ꝑui ex duo
bus circulis cursus orbis stellaꝝ fixaꝝ quē appellamus orbē signoꝝ quasi spaciū dupli de
clinatiōis planete ab orbe signoꝝ, quā in obseruatiōe reperiūt esse tres gradus cū tribꝰ
minutis, & excedit qlibet hoꝝ duoꝝ circuloꝝ ꝑuoꝝ ambos circulos cursus poloꝝ orbis
signoꝝ sex gr. & sex mi. & cū hoc poli hoꝝ amboꝝ circuloꝝ paruoꝝ mouenť suꝑ duobꝰ
circulis cursus poloꝝ orbis signoꝝ ut cōstabit ex dicendis dn̄o cōcedēte. ¶ Attn̄ iuxta
id qd̄ uere habeť ex obseruatiōe de motu huius planete ut dixit Ptol. & p̄decessores quo
ad diuersitatē quidem & est motus quē posuit huic planete suꝑ epiciclo licet nō ꝓbeť
testimōio & nihil aliud hēať nisi diuersitas, dicēdū qd̄ cōplet ꝑfecto. 57. reuolutōes i epi
ciclo in. 59. annis solaribus & uno die ac dimidio & quarta diei. Et cōplet qdem cū mo-
ueať cōtra motū uniuersi & est motus quē appellāt motū i lōgitudine spacio ānoꝝ p̄di
ctoꝝ duas reuolutōes cū uno gradu & duabꝰ tertiis gradus & duabꝰ tertiis tertie gradꝰ.
¶ Ambo aūt isti motus sunt illi met q repiunť apud nos orbi huius planete nisi qd̄ sūt
ꝑ aliā radicem a radice qua posuit eos Ptolo. nā nos ꝓposuimus qd̄ quilibet orbis habet
motū suꝑ polis suis sibi ꝓpriū quo discerniť ab alio & hic est motus faciens diuersitatē
ut postea declarabiť. Et diximus ēt qd̄ quo quilibet orbis remotior fuerit a motore eo
uirtus influxa ei a motore erit minor ſm distātiā a motore & deficit a suꝑiore eo ſm ꝓ-
portionem & distantiā. Et moueť suꝑ polis suis ꝑquirens ꝑfectionē eius quo defecit &
remanet sibi aliquid & hic est motus longitudinis: & qm̄ hii duo motus sunt cuilibet or
biū, diuersis polis: iō diuersus est motus totus planete affixi orbi ex utroqꝫ eoꝝ. ¶ Et iā
ꝓposuimus qualitatē motus orbis stellaꝝ fixaꝝ & quod poli eius reuoluunť suꝑ duobus
circulis ęquidistātibus ab ęquinoctiali & circulus medius eiꝰ est qui appellatus est zona
signoꝝ nā nullus repiť orbis alius absqꝫ stellis qui hoc nōie appelleť. Et patet qd̄ oēs or-
bes qui sūt sub primo moueńť ad motū supp̄mi delati ab eo nisi qd̄ ut diximus deficiūt
& ipse qdem deferť motu diurno & defert eos ad motū suū suꝑ duos polos suos nā alius
motus quo ipsi deferuntur est suꝑ polis supp̄mi, un̄ diuersi sunt motus eius. ¶ Et id qd̄
apparet de diuersitate motus Saturni est triplex diuersitas, quaꝝ una est distantia eius a
septentrione & meridie ab ęquinoctiali quemadmodum distat ab eo sol in circulo quē
designat reuolutiōe sua, secūda aūt ē declinatio eiꝰ a zona signoꝝ ad septētrionē & me
ridiem & reuersio eius ad eā absqꝫ eo qd̄ distet ab ea tota distātia. tertia uero ē diuersitas
motus eius ſm cursum signoꝝ & est ille quē diximus esse ex defectu eius ultimo a motu
supp̄mi, nā aliqn̄ uř uelox & aliqn̄ tardus & aliqn̄ mediocris & stat i eodem loco spacio
tꝑis & aliqn̄ regrediť, & cāæ haꝝ diuersitatum est id qd̄ diximus ex diuersitate poloꝝ &
motibus suꝑ eis factis & defectu alicuius orbiū ab alio. ¶ ET Adducamus in hoc exē
plum ut sit facile imaginari id quod diximus. Et ponamus zonam signorum circulum
a.b.c.d. et æquinoctialē circulū. a.e.c.z. & polum septentrionalem. u. & circulum cursus
poli orbis stellarum fixarum. h.t. circum polum. u. Et ponamus planetam super circulo
medio sui orbis & in loco zone signorum & sit super loco interfectionis in quo desi-
gnatur a. tunc qm̄ est in puncto interfectionis duoꝝ circuloꝝ: igitur polus suı orbis erit
suꝑ circulo. h.t. necessario, & sit planeta in quarta circuli suoꝝ poloꝝ & quasi sit in pun
cto, k, & qm̄ ultima declinatio saturni a circulo signoꝝ sunt tres gradus igiť punctus, k.

circuli cursus sui poli erit in tribus gradibus circuli h.t.& quasi est arcus.k.t.& sit circulus cursus poli orbis saturni circulus. k.l. ut declarabitur. ℂ Et quoniam cũ mouet̃ hic orbis ad motũ suppmi a quo deficit & eũ subsequit̃ motu quo defertur/ ponam⁹ defectum eius a suppmo totũ arcum.a.p.& quoniã orbis planete mouet̃ subsequens supremũ iuxta motum eius & motus quidem est super duobus polis suis quiescentibus profecto in eo/ igit̃ remanebit polus.k.in defectu suo nam est permanens & quiescens in eo/licet moueat̃ ad motũ suppremi sup polo.u. & erit motus planete ad motũ sui orbis sibi proprium arcus.p.n.& remanebit planeta deficiens ex defectu




sui orbis arcus.a.n.& ẽ ultimus defectus & necessario deficit polus.k.ex suo defectu in circulo.k.l.arcus æqualis arcui.p.n.nã polus nõ mouet̃/illo motu est.n.sup eo & erit ille arcus.k.m. ℂ Et qm̃ pũctus.k.est sup quarta circuli tũc exquo moueat̃.k.ad.m.non est profecto in quarta circuli.m.n.nam.m.est extra cursum poli circuli.a.b.c.d.Igit̃ de necessitate declinabit planeta a zona signoꝶ ad meridiẽ ẜm spacium declinatiõis puncti m.a circulo.h.t.& sit planeta in puncto.s.& declinabit ad meridiem arcus.k.s.& hęc est diuersitas quæ erit ex declinatione eius a zona signoꝶ nam q̃diu mouet̃ polus in circulo.k.l.a pũcto.k.ad pũctum.s.quod est quarta eius erit ꝑfecto extra zonã signoꝶ quousq; perueniat ad declinationẽ triũ graduũ & a puncto quidẽ.s.reuertet̃ ad zonã signorum/& cũ peruenerit polus.k.ad.l.reuertit̃ planeta ad zonam signorum/cum uero mouet̃ in secũda parte circuli scilicet medietate.l.k.fiet planeta septentrionalis a zona signoꝶ quousq; perficiat tres gradus cũ quarta ipsa & postea reuertit̃ cum reuertitur polus & reuertit̃ quidem planeta ad zonã signoꝶ reuertente polo ad circulũ. h.t. igit̃ patet ueritas illius diuersitatis attribute apud eos circulo obliquo. ℂ Diuersitas aũt alia quæ est respectu æquinoctialis & respectu circuli designati a sole in quo erit planeta in duabus ultimis declinationibus zone signoꝶ ab æquinoctiali erit quidem cũ mouet̃ polus.t.cuius reuolutio est circũ polum.u.ut declarabitur/nã planeta cum defecerit suum defectũ ultimũ qui est arcus.a.n.polus.t.defecit ẽt in circulo.h.t.& de necessitate regreditur polus.t.deficiens spacio graduũ.a.n.& reuoluit̃ punctus.t.in circulo.h.t.quousq; compleat totũ dum ꝑficit planeta circulũ.a.b.c.d.motu defectiuo planeta enim & polus scilicet pũctus.t.simul ęqualiter deficiũt a motu uniuersi sup polo.u. & necessario ꝑueniet planeta ad ambas ultimas distãtias septentrionalem & meridionalem & ad duo loca intersectionũ duoꝶ circuloꝶ cum perfecta fuerit reuolutio.Et hæc est secunda diuersitas attributa motui epicicli super eccentrico & declinationi eccentrici a circulo signoꝶ & existentia supficiei epicicli in circulo signoꝶ & hoc est quod intẽdimus declarare. Et q̃ lætatus est ptolemæus cũ posuerit eos omnes demonstratiue in eadẽ superficie & dixit quod nõ eueniet cursui eoꝶ in lõgitudine magna diuersitas nam eos posuit in eadem supficie. ℂ Declaratio uero tertie diuersitatis & est diuersitas cursus planete longitudinis in uelocitate & tarditate ac mediocritate/stationeq; & regressu erit ut declarabimus/nã polus orbis Saturni scilicet pũctus.k.quoniã mouet̃ super circulo.k.l. motu æquali motui orbis sibi ꝓprio & defectus planete est ẽt ęqualis motui poli.t. sup

circulo

circulo.h.t.id profecto quod apparet motus defectiui planete re uera sunt gradus circuli signoꝝ ęquales ei qđ ptrāsit polus.t.circuli.h.t.& hic est motus appellatus motus medius ipsius planete.Et motus ēt orbis sup polis suis est ēt ęqualis ei qđ ptrāsit polus.k.circuli.k.l.& est motus appellatus motus diuersitatis & nō appet sensui sed hēt accñtia sequentia ex quibus pcipit̃ ipse motus.¶ Diuisis aūt gradibus reuolutionū ipsius diuersitatis qui sunt.57.circuli p numeꝝ dierū annoꝝ solariū cū die ac medietate & quarta pueniet quidē id qđ ptrāsit polus suo defectu ex gradibus circuli sui cursus & sūt tot quot sunt gradus qbus mouet̃ planeta motu sui orbis sup polis suis uidelicet.56.mi.& 32.S.in die.Et sic ēt diuisis gradib⁹ duaꝝ reuolutionū quas ptrāsit planeta ex circulo signoꝝ cū gradu & duab⁹ tertiis unius gradus & duab⁹ tertiis tertię gradus p dies solares cū die & medietate ac quarta pueniet pfecto motus planete in circulo signoꝝ ī die uidelicet.2.mi.&.36.S.ppe.Et ē qdē motus medius lōgitudinis apud eos & est sīlis ei qđ ptrāsit polus.t.circuli.h.t.in die.Et cum posuerimus cursum.h.t.& cursum.k.l.put sunt & currat planeta suo defectu p circulū.a.b.c.d.& currat polus.t.suo defectu p circulum h.t.& currat ēt polus.k.p circulū.k.l.tūc ptrāsit polus.k.circulū.k.l.totū & reuertet̃ pūctus.k.ad circulū.h.t.& erit punctus.t.in distātia sui primi loci tali arcu qualem ptrāsit planeta circuli.a.b.c.d.& est una pars.28.partiū cum dimidio circuli.a.b.c.d.Et qm̄ distantia pl̄e suo primo cursu a pūcto.a.semp est a polo.k.quarta circuli & pūctus.k.mouet̃ in circulo.k.l.ad ptē.s.& mouet̃ polus.t.i circulo.h.t.ad eādē ptē tūc copulabūt̃ ambo motus sil̄ ad eādē ptem & ex hoc erit uelocior motus pl̄e ex unione duoꝝ motuū facientiū motū pl̄ę totū & sunt quidē regredientes cōtra motū uniuersi nā pl̄a sequit̃ polū k.& polū.t.sil̄.Et cū fuerint ambo motus eoꝝ amboꝝ ad eandē ptem mouebit̃ planeta ad motū amboꝝ sil̄.Et qm̄ distātia q̄ est iter polū.u.q est polus uniuersi & polū.t.qui est polus circuli cursus poli orbis planete ēt pportione quadā & magnitudo circuli cursus ad polū orbis pl̄e est ēt pportiōe quadā & est pportio quā inuenit Ptolemęus iter lineā exeuntē a centro epicicli euntē ad distātiā ppinquā & centrū orbis signoꝝ.s.qđ pportio semidiametri epicicli ad lineā exeuntē a pūcto uicinitatis ppinquioris ad centrū orbis signoꝝ erit semp maior pportiōe mot⁹ medii planete in lōgitudine ad motū suum i epiciclo qui est motus diuersitatis.Nā Ptolemęus dixit i primo capl̄o lib.xii.de eo qđ oportet pponi in quinq; planetis errātibus.uidelicet & iā declarauerunt hoc mō multi mathematici & abloyus ex gentibus pugamis qđ diuersitas illa & est q̄ puenit ex sole si fuerit ſm radicem positā ex epiciclo erit qdem cursus epicicli in lōgitudine ſm ordinem signoꝝ sup circulo cuius centrū est centrū orbis signoꝝ/& planete pfecto cursus erit diuersus nā cū fuerit in arcu distātie longioris erit ſm cursus signoꝝ/& cū fuerit in arcu distantie ppinquioris est cōtra cursum signoꝝ sup epiciclo circū centrū ei⁹/& cū ptrahat̃ linea recta a uisu nr̄o intersecans epiciclū & erit pportio dimidii ptis ptrāseuntis eū.s.epiciclū ad lineā q̄ est iter uisū nr̄um & lineā terminatā ab epiciclo exn̄tē sup portiōe i q̄ ē distātia ppinquior sicut pportio uelocitatis epicicli ad uelocitatem planete tunc punctus factus ex linea tali in arcu distātie ppinquioris epicicli terminabit iter id qđ fuerit planete tarditatis & id qđ fuerit ei uelocitatis adeo qđ cū fuerit planeta in illo pūcto uīr quasi stare/& hoc est id qđ dixit de hac re.Id uero qđ adduxit postea eius qđ sequit̃ ſm radicem positā ex eccentrico nō est in eo ueritas nā hoc impossibile est ei absq; epiciclo in quinq; planetis qbus reperit̃ illud.¶ Cū uero dixit & erit pportio dimidii ptis ptranseuntis epiciclū ad lineā existentē inter uisum nostrū & lineā terminatā ab epiciclo q̄ est

sup portiõe l qua est distãtia ppinquior ut pportio uelocitatis epicicli ad uelocitatẽ plẽ in hac qdẽ pportione differt spaciũ epiciclo᷑ magna diuersitate in maioritate & puita te & epiciclus martis & ueneris erit nimis magnus i reliq̃s uero ecõtra. ¶ Attñ nos ac/ cipimus eãdẽ pportionẽ in arcubus nã erit pportio arcus q est iter polũ circuli cursus & circũferentiã eius ad arcũ q est a circũferentia hui⁹ circuli ad polũ uniuersi maior ppor tione motus poli circuli cursus orbis plẽ ad motũ poli orbis in circulo cursus: Et cũ hoc imaginat̃ regressus planeta᷑ & apte repit̃ tribus orbib⁹.s.saturni iouis & mercurii ap/ te pp uelocitatẽ motus polo᷑ suo᷑ i circulo cursus & tarditatẽ motus polo᷑ circulorũ cursus polo᷑ suo᷑. In marte uero & uenere nimis latet pp additionẽ motus polo᷑ circu lo᷑ cursus motui polo᷑ orbiũ suo᷑ circulis illis uñ est regressio ho᷑ duo᷑ planeta᷑ püa & hoc declabit̃ cũ loq̃mur de motu martis dño cõcedẽte. ¶ Et reuertamur ad id i quo fueramus de eo qd̃ uñ uelocitatis motus huius plẽ & uniformitatis & tarditatis. Et dici/ mus qd̃ cũ moueat̃ plã exñs in pũcto.a.& fuerit polus in circulo cursus in.k.& fuerant ãbo motus & poli.k.& poli.t.ad eãdẽ ptẽ cõtra motũ uniuersi erit quidẽ motus plẽ a di/ spositiõe mediocri ad maiorẽ quousq; pueniat polus.k.ad.s.& tũc pueniet motus ad ul/ timã puentionẽ in maioritate:& ide erit motus plẽ a dispõne maiori ad mediocrẽ quo/ usq; ueniat pol⁹.k.ad itersectionẽ apud.l.& tũc plã erit mediocri motũ.Et postea ex.l. erit plã incedens a dispõne mediocri motus ad püã nã tũc motus poli.k.diuersus ẽ a mo tu poli.t.& erit motus poli.k.ad partẽ motus uniuersi & motus poli.t.ecõtra. & q̃diu erit polus.k.ppe punctũ itersectiõis ambo᷑ circulo᷑ appet plẽ tarditas itaq; debilitat̃ motus plẽ & quasi uñ stare/deinde excedit motus poli.k.motũ poli.t.pp excessum inter ambos motus.& fiet motus plẽ cõtra motũ suũ in principio & nõ desinet esse ite᷑ regre diens quousq; appropinquet̃ polus.k.suo cursu ad locũ ppe intersectionẽ ut fuerat pri mũ cuius distãtia ab ea sit ut distantia eiusdẽ ab alia intersectiõe in loco ubi erat plẽ tar/ ditas in circulo.a.b.c.d.& appebit planete in illa pte tarditas in regressione itaq; debili tat̃ regressio & stabit plã & deinde dirigit̃ & pueniet a puitate cursus ad mediocritatẽ. Et cũ puenerit ad pũctũ.k.in intersectiõe am/ bo᷑ circulo᷑.h.t.&.k.l.erit mot⁹ planete me diocris.Et erit pfecto spaciũ qd̃ ptrãsiit pl ane ta ab.a.in circulo.a.b.c.d.ut spaciũ qd̃ ptran/ siit polus.t.in circulo.h.t.Et dũ perficit polus. k.circulũ ptrãsit planeta ex circlo.a.b.c.d.unã ptẽ uiginti octo partiũ cũ dimidio ut diximus: & reuertit̃ planeta ad circulum.a.b.c.d.postq̃ fuerat declinãs ab eo/& sic ammotus est ab eo hoc tpe aliqñ ad meridiẽ & aliqñ ad septentrio nem & fuit in eo uelox/mediocris/tardus stans & regrediens ut declarauimus/& hæc est diuer/ sitas planete quã attribuunt motui eius in epiciclo cũ motu centri epicicli sup eccentri co & hoc est qd̃ itendimus declarare. ¶ ID uero qd̃ dixit Ptolemęus de diuersitate tẽ/ po᷑ regressiõis plẽ cũ fuerit in distãtia lõgiori & cũ fuerit in ppinquiori saluat̃.cũ fue/ rit polus circuli.h.t.scilicet polus circuli cursus poli circuli orbis plẽ extra polum.u.q est polus uniuersi/& dimittamus loqui cõtra eũ in illo caplo ex nimia inuolutiõe eius inten tio nãq; nr̃a est abreuiatio & excitatio qualitatis huius motus tm̃ & iam innuęmus hoc




cũ locuti fuerim⁹ de motu orbis solis de eo loquẽtes necessitate ducti, & sic ẽt ẽ de aliis planetis, licet euenerit Ptolemęo imaginatio huius diuersitatis.s.diuersitatis tẽpoꝝ regressionis & testatus est de eo auo mahumed filius aflah in suo libro cũ extraxit locũ stationis pl'e circuli epicicli. ¶ Et patet ex eo qđ diximus & late quidẽ qđ defect⁹ tot⁹ huius orbis a motu supp̄mi & est aggregatũ eius qđ mouet' sup polis suis suo ꝓprio motu qđ sunt. 56.mi.& quasi. 32.S.in die, & ei⁹ qđ est suus defectus ultimus q sunt. 2.mi.& q̄si. 36.S. i die q̄ sũt oia. 59.mi.&.8.S.ẽ ꝑfecto ęq̄lis defectui ulĩo solis ĩ die appellato motu medio solis. Igitur defectus huius orbis primi a supp̄mo est una reuolutio in ãno solari. Et iã diximus qđ hic orbis & reliq existentes sub eo subsequit' orbem stellaꝝ fixaꝝ ad motũ eius sed qm̄ mot⁹ ille est abstractus paruus & mistus motibus hoꝝ orbiũ inferioꝝ, iõ nõ apparet & nõ possumus discernere eũ a motibus eoꝝ. Vlteri⁹ qm̄ ipse ẽt ut diximus nõ cõplet reuolutionẽ sed est accessus & recessus nã & si hoc posset eẽ nõ ẽ tñ cõphensum ab antiquis ideo apparet circulo signoꝝ parua diuersitas situs a circulo ęquinoctiali ut uisum est p obseruatiões. Et patet quod satur. deficit in circulo signoꝝ a motu supp̄mi unã reuolutionẽ in. 29. ãnis solaribus cũ sex mensibus & quasi uno die & ẽ eius mot⁹ apparẽs & nõ est re uera motus ei ut declarauimus & hoc est qđ itẽdim⁹ declarare.

SErmo de motu planete succedenti ei ex tribus supioribus & est iuppiter. Et cũ explenimus sermonẽ de qualitate saturni quoad motũ sui orbis, ptractãdũ est de motu Iouis & diuersitatibus eius ut ꝓmisimus. Et dicendũ qđ motus hoꝝ quattuor orbiũ.s.saturni iouis martis & ueneris sũt eodem mõ, differũt tñ q̄titate non aũt qualitate, nã id qđ dixerunt priores antiqui de motu huius pl'e sicut repierunt p obseruatiões sunt duo motus quoꝝ unũ appellãt motũ lõgitudinis & ẽ motus ꝭm cursum signoꝝ, ali⁹ uero est motus latitudinis & est qđ planeta aliq̄n reperit' in septentrione ab ęquinoctiali & aliq̄n in meridie ab eo, nec ꝑfecto ambo isti motus sunt continui in zona signoꝝ.s. circulo quẽ designat sol suo motu sed aliq̄n sunt in eo & aliq̄n declinãt ab eo hinc ĩde ad unã ptẽ circuli obliq, uñ assumũt ꝓbãdo qđ poli huius orbis sũt positi cõtra locũ poloꝝ orbis solis. ¶ Et iã p̄posuimus & declarauimus qđ huic orbi ẽt est motus sup polis suis sibi ꝓprius quo ab aliis discernit' & est ad ptẽ motus uniuersi quo qdẽ subsequit' motũ supp̄mi pquirens pfectionem, & est tardior motu saturni ex fractione uirtutis ei emanate pp distantiã eius a motore & defectus pl'e ab eo erit ꝭm tarditatem suã a puentiõe ad illũ est tñ maior defectu saturni & iõ positus est sub eo. ¶ Attñ inuenimus qđ aggregatũ motus eius sup polis suis & eius qđ deficit hic pl'a.s.motus appentis qui est motus medius eius est ꝑfecto ut aggregatũ motus orbis saturni & defectus eius ęqual'r, quare erit defectus duoꝝ poloꝝ eius a polo supp̄mi idem defectus, nã id qđ iuenerũt p obseruationem & decreuerũt de motu diuersitatis huius pl'e & est qđ inuimus esse motũ hui⁹ orbis sup polos suos subseq̄ntes motũ uniuersi sunt. 65. reuolutiões in. 71. ãnis solarib⁹, & id quod constituerint ei de motu longitudinis & est ille quẽ inuenimus eũ deficere a supp̄mo retro & est motus apparens cõtra motũ uniuersi sunt sex reuolutiões in hiis met annis solaribus. Et cum aggregauerimus reuolutiones motus huius orbis sup polis suis & est motus sibi ꝓprius cũ reuolutionibus defectus planete appellati ab eis motus longitudinis ꝓueniet quidem numerus reuolutionũ defectus huius planete & sunt. 71. reuolutiões, & est radix primi defectus quo defecit hic orbis a motu supp̄mi & mouetur hic orbis sup polis suis & appropinquat' peruentioni ad supp̄mum in. 65. reuolutionibus & defecit a puentione ad eũ sex reuolutionibus ut diximus. Et declarat' ex hoc quod de

